



ATHANASII KIRCHERI

E SOC. JESU.

PHONURGIAE

LIBER I.

PHONOSOPHIA ANACAMPTICA

quæ & Ars Echonica dicitur.

PRÆFATIO.



CHO ludibundæ Naturæ jocus, à Poëtis imago vocis, juxta illud VIRGILII.

Saxa sonant vocisque offensa resultat imago.

Echo quid?

A Philosophis reflexa, repercussa, reciproca vox, ab Hebræis *Bat col*, filia vocis dicitur; Cujus ea recondita natura est, ut in hunc usque diem latentem vix sit qui explicârit. No-

tum quidem est, & pæne vulgare, reflexam vocem esse, sed quomodo, ex quibus, quâ propagatione, quâ celeritate, distantia efficiatur, adeò incognitum, ut quicquam aliud; nec videtur occurrentium difficultatum vastitas ullâ ratione exhauriri posse, nisi ab illo, qui maximâ experienciâ, singularique industria instructus Nympham hanc fugitivam miris artibus elusam tandem deprehenderit, quod cum nullus hucusque præstiterit, Ego desiderio ejus investigandæ sylvarum occultos recessus, nemorum, montiumque abdita receptacula, vallium, ruderum, camporum, paludumque scabrosa plana scrutatus, nihil non intentatum reliqui, quò ad abditam

Descriptio
naturæ E-
chûs.

A

ejus